Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31275
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



xvij.c.

258

tis de viro hoc quanta mala sanctis tuis fecerit in
ierusalem. et hic habet potestatem a principibus sacerdotum
alligandi omnes qui invocant nomen tuum. Dixit autem ad
eum dominus. Vade quia vas electionis mihi est iste. ut por-
tet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis
israel. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum p
nomine meo pati. Et abiit ananias et intro
iuit in domum. et imposuit ei manus dixit. Saul
frater. dominus iesus misit me qui apparuit tibi in
via qua veniebas. et ut videas et iplearis spiritu
sancto. Et continuo ceciderunt ab oculis eius tanquam
squamae. et visum recepit. Et surgens baptis
zatus est. Et cum accepisset cibum. confortatus est.
fuit autem cum discipulis qui erant damasci
per dies aliquot. Et continuo in synagogis predica
bat iesum. quoniam hic est filius dei. Stupebant autem
omnes qui audiebant. et dicebant. Nonne hic est
qui expugnabat in ierusalem eos qui invocabat no
men istud. Et huc adhuc venit. ut vinctos illos
ducat ad principes sacerdotum. Saulus autem magis
convalescebat et confundebat iudeos qui ha
bitabant damasci. affirmans quoniam hic est xpt.